



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione Editio
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.
Sacramenti ...

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1629

Conciones Octo In Festo Venerab. Sacramenti, Et Per Octavam. Primvm
Mirabile.


Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

prehendenda profunditatem, item illam ad mirabilia intelligenda & inquirenda sapientia abyssum, incredibilem quoque dignitatem & eminentiam, qua & Angelos docere meruit, incomparabilem etiam ingenij ad omnia diuinitatis arcana penetranda perspicaciam, astuantem denique illum Deo feruendi eiusque Ecclesiae iuandae affectum.

Quis te porro non admiretur, orbis miraculum? equis non colat & suspiciat filij Dei delictum? quis non inuocet, & compellet inter coelites & beatos summe? Tu siquidem admiratione dignus es, cum te spiritus illi coelestes obstupuerint ac suspexerint, & magna quaedam & illustria te docente didicerint, cum denique scientia, sapientia, Philosophicis ac Theologicis disciplinis omnes omnino mortales antecelleris; honorem quoque & cultum mereris, cum eum tibi Angeli ipsi detulerint, tuos se collegas & conseruos confessi in Apocalypsi; cum te seruator orbis in amicum selegerit, eaque honoris & amoris ergate signa ostenderit, te ut suum super pectus & in gremio suauiter siuerit recumbere. Inprimis vero inuocandus es, quod sanctus ac beatus, ac Regi Regum sis carissimus, hodie quidem in caelis regnanti, ut olim inter mortales agenti. Te ergo omni quo possumus affectu, sanctissimae Euan-gelista, inuocamus, nostras tibi deprecationes offerimus, & qua possumus animi contentione compellamus, aures postulanti-bus aperi, supplicibus dexteram porrige, preces nostras exaudi, & praesta, ut te deprecante ex vita hac miserabili egressi in beatum alterius portum inuehi mereamur, ad quem vitae nostrae cyndam dirigant

Pater, Filius, ac Spiritus
Paraclerus, A-
men.



CONCIONES OCTO

IN FESTO VENERAB.
SACRAMENTI, ET PER
OCTAVAM.

PRIMUM MIRABILE.

De excellentia Sanctiss. huius Sacra-
menti.

Partitio.

1. *Mysterium hoc credendum, non scrutan-
dum.*
2. *De varia V. Sacramenti excellentia.*
3. *De titulis nonnullis panis Eucharistici.*
4. *De figuris eiusdem nonnullis.*
5. *De amore se danti in cibum ac potum.*
6. *De pacto fœdere amoris.*
7. *De retributione amoris mutui.*

Memoriam fecit mirabilium suorum mise-
ricors & miserator Dominus, e sciam dedis-
timentibus se. Ps. l. 100.

FIGURA.

Formosa Rebecca gaudio & lætitia exultas *Gen. 24.*
vicinis suis & sodalib. monilia cimeliaq;
quæ Isaac futurus sponsus, velut amoris pi-
gnus & matrimonij ineundi arrhas miserat,
ostendit. Cum quæ hodie per vniuersum
Christianum orbem sunt contempler, Ec-
clesia mihi idem ipsum videtur imitari: ut
pote quæ gaudens & exultans, pretiosum &
egregium corporis & sanguinis Christi mo-
nile, quod dilectissimus illi sponsus, in amo-
ris signum, & matrimonij confirmationem
dedit, per vicos & plateas omnibus spectan-
dum proponit & publice circumfert.

Cum Arca Testamēti è monte Sion in pre-
tiosum Salomonis templū deducta fuit, sum-
mo eā cultu & veneratione Sacerdotes & Le-
uitæ tulisse, Rex vero & omnis populus ho-

ROSE

nore & reuerentia singulari eam profecuti dicuntur: imago aut verum potius praesagium fuit illius, quod hodie in Ecclesia Christiana fieri cernimus: Similem quippe processionem videmus, qua jam non arca foederis, sed quod per illam designatum fuit, Eucharistiae Sacramentum è templo per plateas circumfertur, & è plateis templo rursus inferitur: quod Sacerdotes & Diaconi tanto cum honore, venerationeque deferunt, Reges vero & Principes, atque adeo omnis fidelium coetus, magna animi submissione comitantur ac stipant. O processio diuina! ô supplicatio vere luculentat! ô mysterium incredibile! ô rem vere nouam! De qua plura vt dicamus, Spiritus S. auxilio opus est, & Desparæ patrocinium adhibendum: quare illius opem & huius beneuolentiam postulari in genua prouoluti, AVE MARIA recitemus.

I.
Cic. de nat.
Dei.

De Deo timide loquendum.

Magnus Orator Tullius de diuinarum rerum natura agens dicere solebat, quoties de Dijs, eorumque maiestate, potentiaque loquendum esset, quam paucissimis id verbis, & non nisi timide fieri oportere: *Timide, inquit, de potestate Deorum, & pauca dicenda sunt.* Idem propemodum dixit Seneca Philosophus, cù Aristotelem dilaudat, quod dixerit, *Nunquã nos verecundiores esse debere, quam cum de Dijs agitur.* Quod Ethnici tam sapienter de honore idolis exhibendo dixerunt, potiori id ego iure apud Christianos dixerò de honore & cultu vero summoque Deo exhibendo. Dicendum igitur, si de Deo loquendum, id quam breuissime & non nisi timide verecundeque fieri oportere.

Exod. 3.

Moses cum rubum ardentem, in quo Angelus, qui Domini nomine dicitur, eo quod illius personam representabat, apparebat, longius procedendo conspiceret: quamprimum audiuit, *Ne appropies huic, solus calcamentum de pedibus tuis.* Quibus eum tacite temeritatis arguebat Deus, simulque nos omnes in eo admonerebat, non nisi summo cum periculo ad diuinorum nos mysteriorum relationem accedere, ac non sine reuerentia & timore de iisdem loqui posse. Atque vt veteres Hebraei tremebant consternati, Deum in monte Sinai cum loquentem audirent, *Tremebantque Moysi, Ne loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur:*

Exod. 19.

ita quoque tremere nos oportet, & pallefcere, de Deo loqui dum conamur, inque illius mysteria longius prouehi, quam coactus ab illo sit reuelatum.

Deus in monte Sinai descendens hoc modo Moysen prius allocutus est, *Constitare populum, ne forte velut transcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo.* Hinc patet, quanto cum periculo coniunctum sit nimis alte euolare, diuinorumque mysteriorum cognitionem ingredi velle, cum mortem intentari ijs audiamus, qui nescio quid praesumentes plura interioraque conspiceret gestunt, quam Deus permittat aut reuelat, curiosiusque inspecturi adyta diuina penetrare conantur.

In huius rei confirmationem in Numerorum libro legimus, mortem intentari ijs, qui in sanctuario curiosius sacra vasa, priusquam inuoluuntur ad alio deferendum, inspicere voluerint, *Aaron & filij eius intrabunt tabernaculum foederis, ipsique disponunt opera singulorum, & diuidunt quid portare quisque debeat, alij nulla curiositate videant, quae sunt in sanctuario, priusquam inuoluantur, alioquin morientur, &c.* Iesus Christus magnus ille Pontifex in Ecclesiae suae tabernaculo magna mysteria inuoluit, & in primis venerabile Eucharistiae Sacramentum, in quo sub panis & vini speciebus pretiosum corpus suum & sanguinem abscondit, nobisque declarauit, reuelauitque, quidquid humeris fidei portare & possemus & deberemus: & sub poena mortis damnationisque nobis inhiuit, ne quamdiu in vita huius itinere versamur, eo curiositatis veniamus, mysteria hæc vt nude palamque cognoscamus: hæc quippe hic in terra fidei manibus semper inuoluta portanda sunt: Missus hi non nisi coopti mensæ inferendi, & visus eorum noxius est.

Minæ aduersus eos, qui nimis multa scire volunt.

Num. 4.

Myster diuina curiose indaganda non sunt.

Prov. 5.

Inter cetera Salomonis Prouerbia scriptum est, scrutatorem maiestatis à gloria opprimendum, & sub magnitudine illius periturum. Prouerbiū hoc prophetiae loco haberi dicitur autumo, illum qui à curiositatis vento abreptus in autum enucleare, & audacter diuinam maiestatem indagare praesumit, ac praesertim mysteria Eucharistica, in periculo versari, ne hoc in Oceano faciat

naufragium, hacq; abyſſo abſorbeat: quare loqui de illis periculofum, ſilere vero latius ac ratiſ.

Pſal. 64.

Idcirco fortalle factum eſt, vt loco verborum, quæ in vulgata *Pſal* morum editione loquuntur, *Te decet hymnus Deus in Sion*: Hieronymi verſio præferat, idque ad radicem Hebraicarum veritatē, *Te decet ſilentium Deus*: id eſt, nihil tibi Deus ſilentio cōuenientius eſt.

Angerona
Dea.

Inferre Propheta voluit, nihil ad credendum omnibus, quæ de diuinitate traduntur, & myſteria intelligenda cōuenientius aut aptius eſſe, quam nullum de ijs verbum eſſari, ſed ſilere, & ſilendo adorare & admirari. Quod deſignare Romani dum vellent, deam quamdā finxere Angeronam nomine, quæ obſolutum habebat os: vt hinc conſtaret, in ijs quæ diuinitatem concernunt, & ad diuina myſteria ſpectant, os claudendum, loqui penitus inutile eſſe, ſilentium vero aptius: idem quoque oſtenſuri veteres *Ægyptij*, Harpocratem pinxere, digito labra comprimentem, denotantes, in diuinis ſecretis, & ijs quæ ad diuinitatem, eiusq; potentiæ miracula ſpectant, ſilendum, vel nonniſi quam modetiſſime, prudentiſſimeq; loquendum eſſe. Alioquin, cæcorum inſtar, ad ſingulos paſſus celſipitamus: Theologi quoque hæc indagantes, ſimul & Philoſophi hic cæcutiunt, & ſtuporem præferunt.

Harpocra-
tes Deus.

Iob eadem excutiens dicebat, ſapientiſſimos quoſque hic ineptire, nec tantum ſplendorem, maieltatemque oculis irroratis poſſe intueri, *Non contemplari omnes, qui ſibi videntur eſſe ſapientes*. Eſt ſiquidem abyſſus, in qua ratio abſorbetur, Oceanus, in quo omnis mundi ſapientia ſubmergitur, & naufragium facit. Aperte hoc teſtatur eſt Dauid, *Sapientia eorum deuorata eſt*. Suum quoque hic ſymbolum adſerens Magnus Gregorius ait, hominum ingenium de Deo loqui dum geſtit, quamprimum nihilietatem ſuam intueri, & velut in gurgite quodam abreptum, ab imenſa hac magnitudine maieltateque abſorberi: quod caro de ſpiritu, de creatore creatura, de æterno tempore ſubiectus, de immortalis, de lumine cæcutiens loqui præſumat. Verba illius audite, *Homo ſi de Deo loquitur*.

Lib. 27. mor.
c. 5.

cæperit, illico quam ſi nihil oſtendit, quia magnitudinis illius immenſitate deuoratur, & quaſi in profundum raptus abſconditur: loquitur enim caro de ſpiritu, creatura de creatore, temporalis de æterno, mortalis de immortalis, & quaſi cæcus de luce loquitur. Hoc ſi vniuerſim de Deo verum eſt, non minus in illis admirandis operibus, & imprimis in Sacramento Eucharitiæ locum habet, hic ſiquidem parum loquendum eſt & multum admirandum: hic ſenſus ſepoſnendi, ratio exuenda, axiomata Philoſophica contemnenda, ſolaque fides in ducem & ſumenda; Cetera omnia falli poſſunt, ſola fides errare nequit. Quamobrem dicendum, Tres nos tres in hac nobis vita magiſtros datos eſſe, à magiſtri in quibus ad rerum omnium noticiam, cognitionemque perducamur, primus ipſe ſenſus omnia eſt & experientia, quæ omnia ſenſibilia nobis declarant, quæque nobis cum beſtijs cōmunes ſunt: ſecundus eſt ratio, quæ longius procedens aperit ea, quæ ſenſus excedunt: tertius vero fides, quæ longius quoque prouectæ, certa nobis perſuadet, ac patefacit ea, quæ ſenſus & naturam transcendunt, primi duo ſæpius errant, vltimus errare omnino nequit.

Iſaac jam ſenior oculos habebat caligantes, cumque nihil omnino ſpectantis coram ſe Iacobi cerneret, tactus eum decepit, ſed auditus ad veritatem deduxit, dixit namque aurium iudicium ſecutus, *Uox quidem vox Iacob, manus autem Eſau*. Docemur hic cum oculos ingenij debiles & intellectum caligantem & obſcurum habeamus, nihil vt in diuinis penitus videamus: ſæpius à ſenſibus & ratione nos decipi, non vero à fide, cuius auditus ſymbolum eſt, *Fides ex auditu*. Ideo que in huiusmodi materijs adeo ſublimibus ad fidē confugiendum eſt, ceteraque omnia repudianda. Huc porro reſpexiſſe viſus eſt Apoſtolus, dum ait: *Iuſtus ex fide uiuit*: quaſi diceret, nonniſi per fidem uiuit iuſtus, non vero per ſenſus, argumenta, quaſtiones, & rationes humanas, in his enim illa omne meritum perdit: nam vt Auguſtinus teſtatur, *fides non habet meritum, ubi ratio humana præbet experimentum*.

Gen. 27.

Rom. 1.

Hæmorrhoiſſa, quæ duodecim ipſos annos

Matth. 9.
nos

Luc. 8. nos fluxu sanguinis laborat, quamdiu humana remedia consulebat, & naturalia dogmata adhibebat, in dies malum ingrauescebat, & sanitati restitui non poterat. Idem omnino de humano ingenio dicendum est: quamdiu enim sensibus adhaerebat, quamdiu rationem consulit, quamdiu ratiocinari vult, nihil omnino disceat, sed tunc morbus illius & ignorantia, quantum ad diuinarum rerum contemplationem spectat, crescit.

Matth. 2. Magi, de quibus apud Matthaeum, qui in Fides caelestis facula est, quae in hac vita illuminat. Berthelem venere, & quibus stella noua itineris ducatum praebat, quamprimū vt Ierosolymitanam urbem ingressi sunt, vbi scribae & doctores legis commorabantur, ducem illam caelestem amiserunt, atque ira lucere desinit & euauit. Magnum sane miraculum, sed quod denotet, faciem illam caelestem, quae fides est, quaeque iam inde à bepprimate in vitam huius itinere ad puerum Iesum adorandum cognoscendumque ducit, quamprimū vt mundi scholas ingredimur, & scientias naturales in consilium adhibemus, aliquo modo extinguunt, aut merito saltem suo priuari.

Valeant igitur sensus exteriores, valeant rationes & verba argumentantium, sola fides hic locum occupat: hoc quippe omnipotentis Dei opus est, ac penitus nouum, admirabile, inauditum, paradoxum, cui nullum vnquam simile lectum aut visum, denique omnium Dei mirabilium compendium & memoria. Testatur hoc Dauid, *Memoriam fecit mirabilia suorum misericors: & miserator Dominus, escam dedit in: entibus se* Hocque hodierna mihi die velut argumentum & thema delegi, vt magnitudinem maiestatemque sanctissimi & augustissimi Eucharistiae Sacramenti sub his exponam, quod etiam tota hac octaua prosequar, octo illius mirabilia producēs. Hodie igitur primo illius magnitudinem excellentiamque, ac denique magnum quem magnus Deus nobis ostendit amorem, dum admirabile hoc nobis Sacramentum legauit, exponam.

II. Primo igitur Regius vates de manna, quod Israelitis Deus in deserto dedit, loquens, hūc in modum locutus est, *Deus auribus nostris audivimus, Patres nostri annuntiarunt nobis opus, quod operatus es in diebus antiquis: opus illud*

admirabile, quod Hebraei videntes dixerunt: *Manna quid est hoc? quae mirabilia: quis simile quid vnquam vidit? Hodie hoc potiori iure de Sacramento Eucharistiae repetere licet: manna enim non nisi figura huius erat, hic vero res ipsa: at opus adeo admirabile, vt vniversus id orbis obstupefeat: opus est, quod videntes homines simul & Angeli exclamant, Quid est hoc? videre accidentia sine subiecto, videre corpus non tamen visibile corpus, quod varijs sit in locis, nullū tamen occupet, quantitatem denique sine extensione, aliaque mirabilia. Quid hoc est? quis simile quid vnquam vidit? hic igitur dicendum est, quod de alio quodam mirabili dixit Abacuc, *Admiramini & obstupefcite: quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credat cum narrabitur.* Opus hoc omnem admirationem & fidem superat.*

Admirabilis huius operis magnitudinem Lib. de caelestibus hierar. c. 3. exaggerans Dionysius Areopagita, *miraculorum miraculum, sacramentorum sacramentum & eorum consummationem appellat.* Quod Angelicus Thomas exponens ait, Sacramentum hoc finem & perfectionem esse ceterorum, eo quod ad hoc, velut ad finem suum, reliqua tendant; cumque alia non nisi virtutem à Iesu Christo communicatam ad gratiam conferendam habeant, hoc ipsum realiter & de facto auctorem ipsum gratiae, qui Iesus Christus est, continet. Vnde bene Concilium Tridentinum ait, *Sacramentum hoc aliorum finis est & perfectio, quia cat. ra Sacramenta ordinantur ad ipsum finem: quod exemplis & figuris notum faciam.* *Seff. 3. c. 3.*

Septem in caelo planetae sunt, à quorum virtute influxuque, quidquid hic in terra est, dependet. Sol vero inter hos Rex est, & solus ipse natura sua & essentia lucidus, ceteri ab ipso lumen mutuuntur. Septem quoque in Ecclesia Sacramenta sunt, à quorum virtute in hac vita omnis animarum salus dependet: at Eucharistia ceterorum Rex est, & ipsa sola totum gratiae auctorem in se comprehendit, cum cetera non nisi communicatam virtutem habeant Cuius rei egregiam in Euangelio figuram deprehendo.

Miraculoso illo vino, quod in Chana Galilaeae datum fuit, septem hydriae repletae sunt, quae

Conferuntur 7. Sacramenta 7. Planctis.

Ioan. 1. quæ conuiuas in admirationem rapuere, & nouos nuptos ab infamia & probro vindicarunt, *Erant autem ibi lapidea hydrea sex.* Inexpectatum, & non sine miraculo productum hoc vinum iam tum augustissimi & sanctissimi Sacramenti imaginem gerebat, quod sub panis & vini speciebus verum & reale Christi corpus continet: atque vt vinum hoc sex impleuit hydrias, ita quoq; pretiosus ille sanguis sex alia Sacramenta replet, ijsq; gratiam confert, atque idcirco fortasse Sacramenta vasa gratiæ vocitantur.

Gen. 41. Oeconomus Pharaonis videbat in somnis culmum, è quo septem spicæ refertæ virgideque germinabant: *septem spica pullulabant in culmo vno plene atq; formosa.* Somnium hoc in veritatem conuertendo dico, culmen illum sanctissimi Sacramenti imaginem fuisse,

Sacramentum sanctissimi Sacramenti imaginem fuisse, ta 7. familia & spicas aliorum. Ex Eucharistia enim velut spicis septem. è culmo Baptismus, Confirmatio, Ordo, aliaque velut septem frumenti spicæ, quæ Ecclesiæ horrea gratiæ frumento compleuit, & quibus fideles omnes enutriuntur (iuxta Prophetæ vaticinium: *Et adipe frumenti, a ias te*) pullulant atq; originem trahunt. Adeo vt ceteri non nisi niuli sint, hoc vere oceanus, fons & scaturigo.

Psal. 147. In omnib. omnino rebus naturalibus semper vnum quid ceteris in eodem genere prædominatur: in corporibus quidem luminosis Sol alijs est splendidior, inter metalla principatum sibi aurum vindicat, inter animalia excellit homo: In vnoquoq; enim genere datur vnum primum, quod omnia illius genera superat. Ita quoq; in Sacramentis Eucharistia prædominatur, causa est amor, sapientia primo inuenit, potestas vero ac opus produxit. Confirmantem hoc audiamus Augustinum, *Reliqua Sacramenta quæ in Ecclesia tenentur, suspendenda sunt & veneranda, sed istud tuum Domine Sacramentum præcellit vniuersa.* Amplius aut maius desiderare non poterat homo, cū quid maius aut dignius dare non posset Deus.

Gen. 27. Representatum hoc est in historia Esau & Iacobi: profanus enim Esau audito fratrem primogenituræ iura surripiendo inuasisse, & paternam benedictionem abstulisse, lacrymabundus & ciuians ad patrem accurrit, a-

liam postulaturus. Sed respondit Isaac, *frumento & vino & oleo stabiliu eum, & tibi post hæc fili mi quid faciam:* quasi diceret, hæc omnia cum dederim, quid amplius dem nõ habeo, plura tibi præstare non possum. Sacramenti Eucharistie hæc vmbra fuit, de quo hoc ipsum vere dicere possumus: Nam Sacramento hoc dato (in frumento enim & vino designatur) & Spiritus S. vnctione, cuius figura erat oleum, maius dare non poterat Deus, neu nos amplius quid sperare vel eminentius, quam post confectum vitæ curriculum gloriam. Atque ideo Sacramentum hoc mensa Principum dicitur & potentium.

Salomon ad litteram de morum ciuitate loquens, sed mystice & canagogice de sublimi hoc mysterio ait, *Quando sederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende, quæ apposta sunt ante faciem tuam.* Hæc quidem vulgata lectio. Sed in alia versione legitur: *Quando sederis in mensa potentis.* Vere enim in hoc Sacramento (cuius mensa symbolum est) potentiam suam ostendit Deus, omnes vires patefecit, omniaque mirabilia velut in vnum compegit. *Memoriam facit mirabilium suorum.*

Promisit olim Iudaico populo Deus, vt *Exod. 3.* scriptura tradit, terram lacte & melle abundantem: *Et educam de terra illa in terram bonam & spatiosam, in terram quæ fluit lacte & melle.* Ad litteram scio omnia hæc de terra promissionis dici, quæ fertilis erat & ferax vt quæ maxime: at mystice ausim asserere hoc de Eucharistico Sacramento scriptum esse: ipsum enim vera terra abundantia est & melle referta, terra promissa & sperata a fidelibus: vnde *Psaltes, Paraisti in dulcedine tua pauperi Deus: terram inquam, in qua duo sunt colles, è quibus lac & mel nullo non tempore emanant: vnde Prophetæ, & Joel imprimis ait, In illa die stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac.* Colles adeo alti, vt vnus, qui diuinitas ipsa, omnem hominum captum & ingenium excedens, vltra nubes cacumen extollat, omnesq; creaturas transcendat altius, qui ipsa humanitas propter hypostaticam verbi vnionem, Angelis sublimior sit; imo & solæ species sacramentales, quod ad carnem Christi accedant, adeo extolluntur & tantam dignitatem obtinent,

Humanitas Christi in hoc Sacramento cœleuata.

vt

ut veluti incorporatæ ciues ac substantiæ sint, sine velo subiecto subsistentes, adeo ut & nutriant, & quod amplius, virtutem effectiuam ad gratiam hominibus conferendam habeant, alioque spirituales effectus edant; idque ex multorum ac magni nominis Theologorum sententia.

Humanita-
ti postre-
honor ma-
ximus in
hoc Sacra-
mento ha-
bitus.

Nemini vero hic nouum aut mirum videatur; neque enim ipse solus hoc sentio, sed mecum omnes, quotquot de hoc Sacramento Theologi scripsere: sed fixum hoc & indubitatum habeatis velim; Christum corpori suo & carni honorem haberi dum vellet, inter alia venerabile hoc Eucharistiæ Sacramentum instituisse; in quo humanitas nostra in tantum extollitur, ut diuinitatem præcedat, & velut domina hanc sibi subiiciat; constat enim ad vim verborum consecrationis corpus Christi in altari produci, ac deinde diuinitatem accedere: primo n. inquit Theologi, per verba consecrationis produci corpus Christi. Cum tamen in incarnatione secus factum sit; primo enim apparuit diuinitas ac velut domina præcessit; humanitas vero non nisi serua ac pedissequa. O mirabilia! Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus.

Matth. 13. Apud Matthæum sub parabolæ inuolucris sermo est de thesauro in agro delitescēte, Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. Varia & discrepans Patrum de hoc thesauro expositio est; fidē in hoc denotari credit Ambrosius; Verbum Domini in scripturæ ænigmatis inuolucrum Augustinus & Hieronymus, sapientiam Origenes, verbum æternum sub mortalitate nostra absconditum Hilarius, Christum ipsum Irenæus; equidem parabolam in veritatem, & figuras in mysteria conuertendo dico; Christum vere hic designari, sed sub speciebus sacramentalibus in Ecclesiæ nostræ agro absconditum. Ecquis thesaurus? alius haud dubie quam ille, cuius Iosephus meminit, è Dauidis sepulchro erutus, qui tria talentorum valebat millia, id est, nostra supputandi ratione decies & octies centena coronatorum millia: thesaurus enim, qui sub speciebus sacramentalibus delitescit, maioris haud dubie pretij est; nam ipse diuini

Bassai rom. 3. De Sanct.

thesarum Deus hic habitat, ipse thesaurorum omnium Dominus, bonorum omnium reconditorium, & rerum omnium origo, in quo thesauri sapientiæ & scientiæ Dei reconditi: hoc è thesauro pretium redemptionis nostræ depromptum est, vnica sanguinis gutta ex hoc educta ad mille etiam mundos redimendos sufficiebat. Dicite igitur, num Sacramentum hoc vere eximium & præstans sit: sed longius jam prouehar, & è S. Scriptura omnes illius titulos ac præconia recensebo.

Primo igitur dicitur panis è cælo descendens, Hic est panis qui è cælo descendit, ait Euan-
gelistæ, Psalmista vero, Panem cæli dedit eis, cælo de-
idque ad distinctionem panum celestium, scendens.
& ipsius etiam manna, quod non nisi ex ac-
ris regione prodibat; hic vero è summo cæ-
lorum descendit cacumine, & quem panis il-
le, de quo Salomon in Prouerbij loquitur,
quique de longe naui denectus est, representat, Facta est quasi nauis institoris de longe portans
panem: institor hic Christus est, nauis Eccle-
sia, panis vero sacramentum, in quo verus animarum nostrarum cibus continetur, at qui de longe venit, è cælo namque descendit. A summo cælo egressus eius. Atq; ut panis, qui nauibus vehitur, bis coctus est; ita panis hic celestis, qui in Ecclesiæ nauis reperitur, bis coctus est & bis genitus, semel ab æterno in sinu Patris in cælo, deinde in tempore in utero virginis hoc in mundo.

Secundo dicitur panis vitæ, Ego sum panis Ioan. 6. Sic: Et paulo post, qui manducat ex hoc pane, Panis vitæ. viuet in æternum. Ita dicitur, ut pateat discrimen, quod hoc inter Sacramentum & ceteros terræ cibos est: mundus cibus delicijs, ferulisq; exquisitis abundat; sed cibi sunt mortuorum, & vnico hoc pane excepto, nullus vitam dare potest; atq; ideo panis sudoris & laboris in Genesi dicitur, In sudore vultus tui vesceris panem tuo. Psalmista panem lacrymarum nuncupat, Cibabis nos pane lacrymarum: Et alio loco panem doloris; Qui manducatis panem doloris. Sapienti vero panis mendacijs & fraudis est, Ne desideratis de cibus eius, in quo est panis mendacijs. Sed in solo hoc Sacramento verum reperire est panem, & verum panem vitæ; sed

G g panem

panem qui esse desit panis, & in carnem tran-
siit Christi, idque ad vitam dandam homini-
bus; *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi*
vita.

Prov. 23.
Panis An-
gelorum.
Psal. 77.

Matth. 15.

Appellatur tertio panis Angelorum, *Pa-
nem Angelorum manducauit homo*; quod cibus
quidam lectissimus, cœlestis ac diuinus sit;
vel quod qui illum recipiant, angelicam præ-
se ferre puritatem debeant, ac velit Spiritus
quidam cœlestes, puræ, castæ, sanctæ & im-
maculatæ conuersationis. Equis tibi honor
exhibetur, homo, cum à mensa bestiarum se-
questratus & ablatatus, ad panem angelicū
admotus es? an non meministi eius, quod Re-
demptor olim Chananae ait, *Non est bonum*
sumere panem filiorum, & dare canibus. Scio ad
literam hic doceri, iniquum esse Iudæis & eris
Dei filijs gratias & miracula auferre, quæ il-
lorum panis quotidianus erant, illa vt Cha-
nanae & infidelib. qui ferre & canum mo-
re vitam agebant, darentur: sed non obstat,
quo minus mystice hoc denotet, nō esse bo-
num & vile Angelos cœli filios sacramenti
huius contento priuare, & hominibus, qui
vt canes & peccatores in terra viuebant, i-
psū conferre. Ipse scilicet panis regius est,
qui vitam dat, qui Angelos & Cherubi-
nos recreat, qui cœlestes Spiritus reficit,
quemq; hominibus Deus communicare de-
siderat, quod egregia figura reddet manife-
stias.

Dan. 14. in
lois Hebrai-
ca.

Matth. 18.

Angelus apud Danielem, Abacucum Pro-
phetam, qui prandium messoribus parauerat,
comis abreptum in sublime extulit, & que Iu-
dæa in Babylonem transevit: inque lacum
stirit, in quo Daniel inter leones victus re-
nebatur, dicens: *Daniel serue Dei tolle prandiu,*
quod tulit tibi Deus. Notate hic Allegorici, A-
bacuc, vt notauit Hieronymus, Hebraice si-
gnificare luctatorem, ac pugilem, & in hoc
Iesum Christum Dei Filium, qui cū Diabolo
humana natura assumpta luctatus est, signifi-
care. Validus autem hic pugil prandium in
cœlo messoribus suis (de quibus Matthæus
loquitur: *Messores sunt angeli,* quique tempore
messis generalis bonos in horrea Domini in-
ferent, impios vero in fasciculos compactos
flammis tradent) parauerat; sed cum generis

humani, quod in Babylonica mūdi huius ca-
ptiuitate detinebatur, & in medio Leonum
constitutum, dirissima ex cruciatur fame,
eum miseratio tangeret, hunc ei cibum desti-
nauit; bestias pascit, Leones reficit, & que pec-
catoribus comedi vult. Audite quid hic Pro-
pheta dicant: *Susciperunt me sicut leo paratus ad*
predam, & sicut canulus leonis habitans in abditis.
Quid? an non conceptus hi placent? sed pro-
ducam & alios.

Quarto augustum, venerabile adoran-
dum hoc Sacramentum in Euangelio panis
super substantialis dicitur, vel transsubstan-
tialis. Quod enim sanctus Lucas in oratio-
ne Dominica dixit: *Panem nostrum quotidianum,*
alio quodam modo extulit Matthæus:
Panem nostrum si per substantiam am: vtrumque
autem de Eucharistico pane loqui constat,
& restis est Cyprianus in Dominica Oratio-
nis expositione; cui suffragatur quoque Di-
uus Augustinus: fauet quoque textus Græ-
cus, in quo *ἐπί τῷ ὄρει* legimus, quod latine
interpreteris *transsubstantialem.* Vt hic eui-
dens fiat, Sacramentum hoc, quod ordina-
rius & communis animarum nostrarum pa-
nis est, ceteras creaturas transcendere, omnes
substantias excedens, atque omnibus cate-
gorijs supereminens. Ita porro hoc exponit
Pius Cassianus: *ἐπί τῷ ὄρει* dicitur, *quia super*
omnes substantias est, omnesq; creaturas magnifi-
centia & sanctitatis eius sublimitas excedit. Idem
quoque habet Ambrosius, forsitan quoque
hoc nomine dictum, quod nō panis quidam
cōmunis, quo corpus nostrum reficitur, ex-
istat, sed quo anima regifice enutritur: Ita
porro sentit Augustinus, vel etiam, quod ci-
bus quidam inter omnes pretiosus sit, vt po-
tē qui de diuinitate humanitateque Redem-
ptoris participet, quib. ferculis nulla dignio-
ra lectioraq; in cœlo terrae cogitari aut da-
ri queunt. In quo Hieronymum & Diuum
Thomam sequor, & vos mecum omnes asse-
uorabitis; magnam Sacramenti huius excel-
lentiam esse.

At plura etiam cognoscetis, si figuras, quæ
jam inde à mundi primordio Sacramenti hu-
ius institutionem præcessere, percurrere vo-
luerimus. Non loquar hic de arbore vitæ, quæ
in ter-

Psal. 16.

Luc. 11.
Matth. 6.

Lib. 2. de ser.
Dom. in
monte.

Collat. 3.

Hiero super
Matth.

II.
Figuræ S.S.
Eucharistie
Gen. 3.
in ter-

Gen. 14.
Leuit. 14.

in terrestri paradiso plantata fuit, quæ in omnibus penitus fuit admirabilis: non feram hic sarcinam Melchisedech, cum panem & vinum Abrahæ à conspectu redeunte Deo obtulit: panes propositionis hic tacebo in aurea coram maiestate diuina mensa positos: de Agno Paschali verbum non dixerò, qui tot adhibitis cæremonijs per tribus Hebraicas comederatur, sed vnicam Mannæ figuram satis mihi fuerit retulisse: nihil enim est, quod melius magnitudinem, maiestatem & excellentiam Sacramenti huius exponat aut repræsentet quam manna. Quod & ipse Christus in exemplum adducit, *Patres vestri manducauerunt manna, & mortui sunt, qui manducauerunt hunc panem, & uiuent in æternum.*

Apo. 2.
Exod. 16.
Num. 11.

Ioannes, mannæ huius occasione in Apocalypsi de manna quodam abscondito locutus est, quod victoribus se elargiturum promisit Deus, simul calculum ignitum, *uiscenti, inquit, dabo edere manna absconditum, & dabo illi calculum candidum.* Omnes hic sibi Patres persuadent sermonem esse de Sacramento Eucharistiæ, & ad vetus manna allusionem fieri, quo Hebræi in deserto tot annorum spatio in solitudine sunt enutriti, vt Exodus & Numerorum libere testatur, ac deinde Apostolus prima ad Corinthios vnum alteri comparat. Dicitur porro absconditum manna, quod hoc in Sacramento sub speciebus externis verum Christi corpus abscondatur, adeo vt aliud videatur oculis, aliud fide teneatur. Hoc autem modo locutus, ad Hebræorum manna alluisse videtur, quod in arca testamenti aureæ inclusum vrneæ asseruabatur, quod cum Bethsamtæ curiosius intueri vellent, ac temere inspicere, ingentem stragem passi sunt. dicitur autem manna absconditum, quod oeculta & abscondita quadam ratione ibidem contineatur: quod miraculum Isaias agnoscebat, admirans exclamat, *Tu es Deus absconditus, in mysterio scilicet SS. Trinitatis sub ineffabilibus generationis illius æternæ mirabilibus, Deus es absconditus in mysterio incarnationis, in qua sub humanitatis nostræ velo latuisti, Deus es absconditus in venerabili altaris Sacramento sub speciebus Sacramentalibus, & semper*

1. Reg. 16.

Esa. 45.

manna absconditum est. Quot vero sunt inter manna & Sacramentum hoc similitudines, quot sympathiæ & affinitates, è quibus nouam illius dignitatem & excellentiam discere licet?

Primo manna non nisi de nocte cælo descendebat, & à nullo oeculta hæc pluuia percipiebatur: per noctem vero fidem intelligimus, quæ veretamen inuisibiliter credit lesusum Christum in Eucharistia contineri.

Secundo non nisi in castra Hebræorum depluebat, non vero inimicorum, quod Sacramenti huius consecratio in Ecclesia nostra dumtaxat reperitur, idque per Sacerdotes legitimos, apud hæreticos vero & schismaticos nulla mensæ huius communicatio, sed delictorum mensa illud Propheticum dici potest, *separatum est conuiuium eorum: & alio loco: sacrificia eorum quasi panis lugentium, omnes qui comedunt illum contaminabuntur.* Cyprianus & Hieronymus locum huic de hæreticis & schismaticis intelligunt. omnia enim apud illos mortua sunt: fides, mores, doctrina, panis eorum immundus, & epulæ eorum mera sordes & contaminationes.

Tertio manna in cælo paratum fuit, & filiis Israel datum, quamdiu in deserto agerent, & cum terram promissionis ingressi iam essent, ordinarius ille & assuetus cibus dari desinit. Idem omnino de Sacramento hoc dicendum, tam diu hoc ipsum nobis dari, quam in vitæ huius solitudine viuimus: at vt eadem egressi sumus, & ad patriam cælestem peruenimus, cibus hic dari desinit, nec jam in figuris & signis, sed facie ad faciem Deus videtur. Quod in Exodo egregie declaratur. Omni hebdomadæ die manna vbertim cælo depluebat, at Sabbato, qui dies quietis & vacationis, ne mica quidem decidebat. Quo docemur per vniuersam vitæ huius hebdomadam manna hoc in altare nostrum descendere, & in animarum alimentum dari, sed in magno alterius vitæ sabbato, vbi requies futura, nullum amplius Sacramentum sub speciebus occultatum, sed hominibus, simul & angelis spectabile fore.

Quarto denique cum manna descenderet, insignis ros quidam tenuis ac subtilis cum eo descendebat, *Allegoria.*

G g 2

Exod. 16.

Sacramenti huius consecratio in sola reperitur Ecclesia

Ose. 4.
Lib. 1. epist. 4. & 6.

Hier. in com.

Exod. 16.

debat. ita quoque in angusto hoc Sacramen-
to, cum vero manna, quod est corpus & san-
guis Iesu Christi, gratia & benedictionem
cœlestium ros descendit. An non igitur è tot
mirabilibus de mysterij huius excellentia di-
judicare possumus, & audacter hic exclama-
re? *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors
& miserator Dominus, etiam dedit timentibus se.*

Vere inquam hoc memoria & compendiu
est omnium Dei omnipotentis mirabilium:
tunc, teste Hieronymo, Sacramentum hoc
institutum est, quando Egypto egressi era-
mus, quando agnus, qui tollit peccata mun-
di, immolatus fuit, sanguine illius ostia do-
morum nostrarum & animarum frontispicia
tincta fuere: quando etiam omnia quæcunq;
prædixerant de Christo Prophetæ, completa
sunt, quando legalibus ceremonijs finis im-
positus, quando umbre in veritates transiere,
& veritas figuris successit. Quodnam mirabi-
lium compendium?

Matth. 21.

Christus templum Salomonis olim ingres-
sus mensas & officinas nummulariorum &
columbas in vsum sacrificij vendentium sub-
uertit, cum vero hoc Sacramentum in Ecce-
lesia instituit, vt obseruat Augustinus, tunc om-
nes mensas propositionis euerit, altaria thi-
miamatis destruxit, & omnia veteris legis sa-
crificia aboleuit.

*Tract. 10. in
Ioan.*

Quando agnus paschalis per Hebræorum
familias fuit immolatus, & sanguine illius po-
stes & superliminaria tincta, tunc omnes in-
ter Moysen & Pharaonem controuersia fi-
nem habuere, tunc captiuitas abrupta, & ve-
rum libertatis felicitatisq; augurium. His om-
nibus futura Christianorum felicitas in
Eucharistia huius institutione significaba-
tur: vix enim verus ille agnus Paschalis datus
& immolatus fuit, non quidem cruento, sed
in cruento in sacrificio Missæ, quin omnes ho-
minem inter & Diabolum controuersia li-
telq; diremptæ finitæque sint, tyrannis illius
finem acceperit, captiuitatis nostræ vincula

abrepta sint, atque omnes figuræ completæ.
An non igitur eximium & admirabile Sacra-
mentum? an non Sacramentum amore & di-
tatis nostræ lectione plenum, quodq; Saluator hominum
huius instituit, vt hinc homini constet, quanto

Deus illum sit amore profectus, & affectum
singularem hinc percipiat? De hoc in secun-
da orationis parte loqui decreueram, ve-
strum vero est benignis dicentem auribus ac-
cipere.

Si Sacramenti huius excellentia magna
est, amor, qui hic se exerit & patefcit, non mi-
nor est, magnum enim amoris signum est, quem amo-
Deum, qui ipsa est magnitudo, adeo se humili-
rem homi-
liasse, vt sub simplicibus accidentibus se ab-
ni in Sacra-
seonderit, inq; cibum se ad creaturas enutri-
mento hoc
endas mutauit. In mysterio incarnationis ostendit.
verbum æternum magnum amorem ostendit
& humilitatem, cum è Deo qualis erat adeo
se deiecerit, seipsū exinanierit, serui formā
accipiens, & pauperis figuram induens. *Exi Philip. 2.
nanius semetipsum formam serui accipiens, & ha-
bitu inuentus ut homo: at in Sacramenti huius
institutione maiorem haud dubie ostendit,
cum omnem maiestatem exutus & oblitus a-
deo se deiecit, vt cibi panisque formam acce-
perit, quo corporis & sanguinis sui Sacramen-
to animas mirabili quadam ratione pasceret.
Hinc exclamat merito Augustinus, Videte er-
go humilitatem, quia panem Angelorum mandu-
cauit homo, vt scriptum est, Panem cœli dedit eis, serm. 7.
panem Angelorum manducauit homo, id est, ver-
tum iud quo pascebantur Angeli sempiter-
num, quod est aequale Patri, manducauit ho-
mo, & c.*

Insignem profecto amorem affectumque
Dauid erga Miphiboseth claudum mancum-
que ostendit, quando illum quotidianum
mensæ suæ conuiuiam esse voluit, dicens, *Et
tu comedes panem in mensa mea semper.* Sed Dei
Regis Regum erga hominem amorem cœ-
lum terraque magis demirantur, cum illum
mensæ suæ adhibet, se seque illi in cibum dat,
erga hominem, inquam, qui adeo miser, mā-
cus & claudus per omnia corporis & animæ
membra, cum ipse è contra tam potens, altus
magnusq; sit Monarcha. Huic affectum ad-
miratus Psalmista exclamat gratias agēs, *Pa-
stis in conspectu meo mensam: quod S. Cypria-
nus & S. Augustinus de Eucharistia interpre-
tantur.*

Solent in hoc mundo proci, qui ad hone-
stum matrimonium aspirant, passiones suas.

& aq.

Gen. 24.

Cant. 1.

Iud. 12.

Psal. 30.

Chryst. 1.

Joan. 3.

Joan. 13.

2. Reg. 12.

& ardorem intrinsecum testatur, & puellam quas ambiunt cor emolliunt dona cimelia, & edulia esui gratissima mittere. Quod ad dona, videte illa quae Isaac sponsae suae Rebeccae misit, protulit vir in aures aureas appendentes fideles duos & armillas totidem Et dilectus sponsae suae in Canticis loquens, *in auribus aureis faciemus tibi*. Quod ad cibos vero delicatiores, audite quid pararius ille & amorum conciliator Vagao dixerit ad formosam Iudith cor & animum Holoferni domino suo parandum, *Non vereatur bona puella intrare ad Dominum meum, sed honoris eius ante faciem eius, ut manducet cum eo & bibat vinum cum iucunditate*. Putabat enim ille delicatioribus eam epulis seducere.

Ita quoque mundi Redemptor, sancto quodam amore, cuique similis nullus unquam existit, ad humanam naturam cor emolliendum laucius, futuri matrimonij tempus expectans, cuius sponsalia in incarnatione peracta fuerant, magnum hoc & excellens Eucharistiae monile illi dedit, Sacramentum hoc in cibum omnium exquisitissimum contulit. David hoc aperte testatur, *Quam magna multitudo dulcedinis tua Domine, quam abscondisti timentibus tuis*. Abscondita haec dulcedo corpus Christi est, sub speciebus sacramentalibus. O amorem incredibilem! o affectum ineffabilem!

Hic latius excurrunt Chrystostomus ait quemadmodum Deus Pater suum in nos amorem restitutus, quidquid dari poterat, nobis in incarnatione dedit, unicum nimirum Filium suum, ut in Evangelio scriptum, *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret*, ita quoque in Sacramento Eucharistiae quidquid habebat pretiosum, carnem nimirum & sanguinem dedisse. Quod extremi cuiusdam amoris argumentum, quin etiam post sacramenti huius institutionem, dixit Evangelista, *Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos*, id est, corpus illis suum in hoc Sacramento conferens, ad extremum usque amoris pietatum, & summa dilectione eos se dilexisse testatus est, adeo ut maiorem amorem ostendere non posset.

Nathan Propheta a Deo ad Davidem missus, illum ut adulterij & homicidij argueret,

diuinitus edoctus, ut Regis affectum passionemque in benignitatem converteret, & ad iustitiam zelum accenderet, peccati turpitudine & Vriam in uxorem affectu ob oculos posito, Vriam in vultu ait illi, eam ut ouiculam fuisse, quae de pane uxorem affectu illius comederet, & calice biberet, ac filia rictus. *tu in sinu dormitaret, de pane illius comedes, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens: eratque illi sicut filia*. Christi in nos amor longe etiam maior: cum enim nos ouicula instar educasset, (Nos autem populus eius, & oves pascuae eius) proprium nobis cor in escam, & sanguinem in potum dedit, nosque ut proprios dilexit & complexus est filios, nec vero pane duntaxat suos nos educat, velut Vrias, sed mensam quoque suam assidere cogit, ac seipsum in cibum largitur.

Sacrae scripturae Ionathae amorem erga Dauidem exaggerans ait, animas amborum inuicem conglutinatas fuisse, & Dauidem a Ionatha velut alterum se dilectum: *Conglutinata erat anima Ionathae anima David, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam*, quod ipsum etiam re ipsa testatus est, dum tunica se spoliavit sua familiarem & intimum suum cooperiturus, *expoliavit se tunica sua*. At maior illius in nos affectus fuit, qui proprium nobis dedit corpus, quod animam, imo & diuinitatis, quae hic delitescere, tunica nobis ut in cibum cederet, quo non anima solum, sed & corpore corpori nostro conglutinaretur, cum Christus magis quam propriam nos vitam dilexerit.

Ambrosius & Augustinus magna Ecclesiae lumina, amorem Dei erga hominem, quem in incarnatione ostendit, egregie exaltant, quod veterum Virginis ad hominum redemptionem subire non detestantur, *Tu ad liberandum suscepturus hominem non horruisti virginis uterum*. Sed amor, quem in Sacramento huius institutione, quo in cibum & potum se nobis dedit, declarauit, longe maior est, quando in intimum animae nostrae descendit.

Vterus Virginis gratiarum & virtutum thesaurus erat, sed pectora & stomachi nostri cloaca sunt, & foricae, in quibus nihil nisi sordes & immunditiae apparent. Scribae & Pharisaei inuidiae aestro acti, & rancore abre-

1. Reg. 18.
Christi amor erga
hominem
similis a-
mori Iona-
thae erga
Dauidem.

Matt. 6.
Marc. 2.
Luc. 5.

pri, Apostolis exprobrabant, quod cum peccatoribus & publicanis manducaret magister illorum. Nescitis viperarum genimina, inuidi, & maligni, quid Dei sit amor? Hæc n. diuini affectus indicia, signa, & argumenta sunt: At longe maiorem ostendit affectum, cum hodie se in cibū & alimentum dat non nisi manducare cum peccatoribus & publicanis solebat, at iam eorum cibus, alimentum, esca & ferculum est, ò amorem ineffabilem!

Gen. 42.

Ioseph Patriarcha cum fratres suos domū dimitteret, suum in illos affectum vt patefaceret, cibos illis in viaticum dedit. Nihil hic admirandum occurrit; erant n. fratres, & omnes honesto loco nati & bonæ vitæ. Sed Christū, priusquam ex hoc mundo abiret, & mortem oppeteret, Apostolis suis, qui cum deferturi erant, imo & Iudæ, qui tam nefariam animo proditiōē moliebatur, corpus & sanguinem ad illos enutriendos, nosq; deinde in vitæ hui⁹ itinere dedisse, omnem admirationem transcendit, nihilque vniquam simile visum.

VI.

Cant. 1.

Sponsa in Canticis hunc amorem sentiēs, & reciproco amore estuans sponsum allocuta est, & osculum ab eo petijt, dicens, *Osculetur me osculo oris sui*, quasi ad hoc sacramentum alludens diceret: Hunc mihi amorem exhibeat dilectus, os meum carne sua tangat meisque labijs suum applicet, illum vt velut animæ cibum recipiam. Conceptus hui⁹ author est sanctus Ambrosius, *Ecclesia Sacramenta mirabatur*, & ait, *Osculetur me osculo oris sui*: cui addo, si hoc illa de omnibus in genere Sacramentis, quid dicturam illam fuisse credimus, si Eucharistiam vidisset? Hic siquidem Creator creaturas osculatur, & Deus homines basiat.

Lib. 5. de
SACRA. G. I.Eucharistia
Sacramen-
tū reconci-
liationis.

Atq; hinc est, quod Augustinus & diuus Thomas Eucharistiam, *Sacramentum reconciliationis* vocent, quod vt intelligatis, sciendum est, veteribus in more fuisse, vt fœdus initari panem sumerent. Quod etiam symbolo quodam suo exposuit Pythagoras, dicens, *Panem ne frangas*, id est, amicitiam pane initam ne dissoluas. Mirum porro, Rome, Sulla dictatore, dum panis in mensa frāgeretur, sanguinem inopinato effluxisse, quo por-

tento designabatur, ciuilibus per Marias & Sullanas seditiones excitatis bellis plurimum sanguinis effusum iri, magnam stragem edendam.

Non omnino abs re fuit, quod de futuri Messia seculo prædixit Psalmographus, ipso regnante scilicet fore, vt iustitia floret, & pax vbiuis terrarum dominaretur: *Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis*: & qua ratione hoc futurum esset, aperiens ait, *Et erit frumentum in summis montium*, quo loco Hebraice legitur, *Erit placenta frumenti in capitibus sacerdotum*. Quod doctissimus Galatinus libro de veritate Catholice secretis de hoc mysterio & Eucharistia Sacramento intelligit, quæ quotidie vltra Sacerdotum caput sustollitur, verum sane Sacramentum amoris & reconciliationis, vbi Deus & homo simul manducantes, aut homo quem potius sub panis & vini speciebus manducans, Deo suo reconciliatur & arctissimam cum eo necessitudinem contrahit.

Apud Caramanes, suum vt amorem testantur facerent, & fœdus initu inuiolatum mos in fœdore deelararent, moris erat sanguinem venis educere: cumq; sibi mutuo in potu præbibere. Scythæ vero pateras sanguine replebant, quæ deinde exhauriebant, Medi & Lidij sub axilla venas aperiebant, è quibus alij sanguinem exugebāt, alij vero minas barbari & ad humanitatem propensiores animalia mactabant, eorum sanguinem educebāt, carnemque duas in partes diffecabant, ac deinde fœdus initari inter vtramque partem transibant medijs. Quibus ritibus designare volebant, morte illum dignum esse, & in frustra concidi mereri, qui fœderis pacta conuentaque violaret.

Nemini vero hoc vanum aut fabulosum videri debet, illi enim rei exemplum in Genesi legere est, Deus enim & Abraham dum fœdus inirent, animalia mactata sunt, & sanguine illorum tellus resperfa, & per medium Deus transiuit: *Et lampas ignis transiens inter diuisiones illas*. Cur autem? rationem subnectit, *In illo die pepigit Dominus fœdus cum Abraham*. In Exodo ipsum etiam longe est manifestius, cum Moses sanguinem holocaustorum

Gen. 15.

rum

Exod. 24.

rum in manus sumeret, & eodem altare respergeret, simul & vniuersum populum. Hic inquit, est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum. iuxta veterem igitur hanc consuetudinem sacramentum hoc, sacramentum amoris & reconciliationis dicitur, eo quod in ipso Deus nobiscum reconcilietur, & cum homine amicitiam contrahat, suum hic corpus dat manducandum, pretiosum vero sanguinem ad bibendum, hoc fœdus, pacis hæc pactio, amoris, & amicitiae nostræ symbolum.

In Sacramento
Eu-
charistiæ
homo fac-
tas in
cum Deo.

O Sacramentum igitur dilectionis! ð mysterium amoris! ð amica coniunctio! ð Sanctissima vniõ! ita scilicet exclamat Chrysostomus, Cogita quali sis insignitus honore, quali mensa fruaris, quod Angeli videntes horrescunt, neq; libere audent intueri, propter emicantem inde splendorem, hoc nos paschimur, huic nos unimur, & facti sumus enim corpus Christi & fœna caro, &c. Quisnam ille amor ex parte Dei, quæ vero hominis, hoc nomine erga illum reciproca obligatio?

Rom. 60.
ad pop. An-
tiob.

VII.
Gen. 28.

Iacob Patriarcha cum procul à patria abesset, & in agro erraret vagabundus, oculos ad cælum conuertens, hoc votum Deo fecit, si dederit mihi Dominus panem ad vescendum, erit mihi Dominus in Deum, & toto vita mea tempore seruiam illi. Quin tu, ð homo, paradiso eiecte, perque vitæ huius deserta vagans, cui tamen Deus Angelorum panem in viaticum & alimentum dedit, eodem te voto obligas, quin & sancte profiteris, nullum alium te Deum agniturum, quam hunc ipsum, & illi toto vitæ tempore fidele obsequium præstiturum? Vterque Tobias & pater & filius collati sibi cœlitus beneficij magnitudinem perpendentes, quod Angelum hospitio suscipere meruissent, quid Deo illo nomine rependerent, nesciebant, & beneficia ab Angelo, quem hominem putabant, recepta exaggerantes, dicebant, Per ipsum omnibus bonis repleti sumus, quid ergo poterimus ad hoc illi dignum dare? Eodem modo cõtẽmplare anima Deo deuincta, hoc interdum tecum sola repete, consideransque Deum, proprium tibi dando corpus, omni bonorum genere te repleuisse, perpende simul eadem opera, quid tantis beneficijs dignum illi re-

Tob. 12.

pendere possis, Per ipsum omnibus bonis repleta est, Quid ergo poteris ad hoc illi dignum dare? Si Tobias vnus Angeli beneficia tanti fecit, quanti porro Dei tui, qui summus Angelorum princeps est, beneficia te facere par est?

Ioseph seruus Putipharis cum ad nefarium adulterinumq; à Domina concubitu pelliceretur, non alio vmbone pellacis mulierculæ preces sollicitationesq; retudit, quã affectu & amore, quo Dominus illum prosequabatur, quod & reipsa probans omnia sibi in manus tradita, nulla re excepta asseruit, audiamus pudicum adolescentem, Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignoras quid habet in domo sua, & non est quidquam, quod non sit in mea potestate, vel quod non tradiderit mihi. Quanto potiori iure te, anima mea, par est, cum à maligno mundi amore oppugnaris, hoc modo defendere, amoremq; quo te Dominus tuus profecutus, velut clypeum obijcere? An non amorem tibi ostendit, cum nihil omnino in domo sua habuerit, in cœlo, in terra, denique in vniuerso mundo, quin in manus tuas tradiderit? dedit tibi quicquid dare poterat, Filium, Spiritum sanctum, hoc Sacramentum, corpus, sanguinem, animam, diuinitatem, humanitatem, ceteraque filij sui Iesu Christi merita. quomodo igitur post tot illam beneficia non diligis? quid tanta beneficia tot beneficijs rependere? an non hic amore æstuas anima mea? an non agnoscis honorem, qui in hac tibi mensa exhibetur?

Gen. 39.

2. Reg. 9.

Miphiboseth Ionathæ hæres & Saulis filius natu minimus, cum videret se à Rege dignum habitum, qui mensæ illius assiduus conuiuia foret, tanti beneficium hoc fecit, vt indignum se reputans, quamuis regio prognatus esset sanguine, summa animi dimissione diceret, Quis ego sum seruus tuus, quia respexisti super canem mortuum similem mei?

Si Princeps hic tanti regiam mensam fecit, quanti tui Dei tu facias oportet? si hic ita se deiecit, quod Regis conuiuia factus esset, quid te facere par est peccator, q dignus factus es corp^o illius comedere, cuius tu creatura es? Esther Regina, in Regia dignitate stabi-

Esth. 5. *Psal. 18.* *Exod. 25. Num. 8.* *Psal. 33.* *Sacramentum hoc secundum ordinem Melchisedech, non vero Aaronis.*

stabilita, cum superbum Amanum ad conuiuium inuitasset, tanti illa beneficium hoc fecit, vt mortalium se crederet felicissimum, suamque sortem magnificans apud amicos & familiares gloriaretur, dicens: *Regina Esther nullum alium ad conuiuium cum Rege vocauit, prater me*, quasi diceret, O beatum me! ecquæ mea hodierna die beatitudo, quæ à Regina solus cum Rege Assuero sim inuitatus? Hoc animo voluas velim, ô homo, tecumque cogites maiorem honorem & gloriam tibi collatam esse, qua ad epulum Eucharisticum sis inuitatus, vbi Iesu Christi humanitas ipsa Regina est, Diuinitas vero Rex & Monarchia. Hæc non cogitas homo, sed ad hoc Sacramentum velut brutum vecors accedis: adeo vt de te dicere non immerito illud Propheta queam, *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus.*

Eia igitur, Auditores, mentem vestram purgate, desideria exacuite, cogitationes sustollite, mirabilia hæc demiramini, Sacramentum hoc adorate, fidem hic adhibete, & summa cum reuerentia ad ipsum accedite. Panes propositionis in aurea collocabantur mensa, non vero in altari sanguine asperso, forsitan vt constaret Sacramentum hoc non esse secundum ordinem Aaronis, qui in sanguinis effusione constabat, sed secundum ordinem Melchisedech, qui in charitate & dilectione situs erat, forsitan etiam, vt denotaretur quamnam dispositio foret ad hoc Sacramentum recipiendum necessaria, id est, non in aliam id animam introuentur, quam charitate auream, gratijs, virtutibus, meritis plenam. Ad hoc igitur accedite, & illuminemini, nolite erubescere, nec pudor faciem vestram opplebit, *Accedite ad eum, illuminamini, & facies vestra non confundentur.* *Accedite*, inquam per fidem, *illuminamini* charitate, *& facies vestra, spe roborata: non confundentur*: accedite cogitationibus, *illuminamini* verbis, *& facies vestra non confundentur* operibus: *accedite* humilitate, *illuminamini* gratia, *& facies vestra non confundentur* in gloria. *Accedite* Ethnicis, *illuminamini* Hæreticis, *& facies vestra non confundentur*, Catholicis.

O salutaris hostia, admirabile Sacramentum, fidelium communio, saluus conductus animarum mortalium viaticum, defunctorum vita, debiliu robur, cæcorum lumen, afflictorum gaudium, agrotantium medicamentum! O mysterium sublime, quod inter Sacramenta es, quod sol inter planetas, tu in te causam complecteris, alia non nisi effectum continent: tu Oceanus es, alia non nisi flumina, tu esse habes in facto esse, vt Theologi loquuntur, cetera duntaxat in fieri: ô æstantem charitatis fornacem! ô rubum amore ardentem. hieroglyphicum omnis bonitatis, te nos supplices adoramus, ac viua fide credimus: sensus hic abijciemus, dicimus argumentis *valet*, rationem omnem vt suspectam habemus, & fidei certæ & infallibili pedibus aduoluimur. O panis delicias offerens Regibus, panis vitæ, panis Angelorum, panis qui olim Elia tantum virum ac roboris dedisti, hodie animis nostris robur adde, mentem corrobora, affectus confirmo, vt postquam in desertum vitæ huius Iesabelem, carnem inquam nostram, & tyrannum Achab, id est, mundum fugientes, concesserimus, in virtute tua non ad montem Oreb, sed ad montem Domini peruenire mereamur, vbi Sacramentum non erit amplius, & vbi velo ablato, ac figuris abolitis clare videbimus, quod hodie obscure & inuolute credimus, quodque vnica beatitudinis nostræ causa & obiectum erit, ad quam nos Pater, & Filius, & gloriosus Spiritus sanctus perducere dignentur, Amen.

OS(O)SO
9